

Ann. VI.

Num. VI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKA RODZINNA"

Apud BURNS AND OATES

—

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowsk e Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud "KRONIKA RODZINNA"

Apud BURNS AND OATES

—

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK

CINCINNATI

52, Barclay Street.

436, Main Street.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

DE BELLO VETERE ATQUE RECENTIORE . . . . .	P. Rossani.
DE CAIO CRISPUS SALLUSTIO . . . . .	G. P.
MANIUM REGNA . . . . .	Senior.
HORAE SUBSECIVAE. In ingluviem . . . . .	A. Basili.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSIS . . . . .	Subalpinus.
HOMINIS AETATES QUAS LOTTUS PINXIT . . . . .	I. A.
EFFICIENTIA SOLIS ET VIS IN QUIBUS DAM HOMINUM MORBIS . . . . .	Hersilus.
MULIER ARTOLAGANOS VENDITANS . . . . .	Laelius.
DE « DISCIPLINA ARCANI » ANIMADVERSIONES CRITICAE . . . . .	S. Figielksi.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE . . . . .	Fr. Xav. Reuss.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIIS. De recta pronunciatione latine linguae dialogus . . . . .	I. Lipsius.
SOCIORUM ANIMADVERSIONES. Quaestio naturalis . . . . .	I. Wabner.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
AENIGMATA . . . . .	S. Rainbeitz.

*In tertia operculi pagina:*

VARIA: Telegraphi usus ad currus a navibus. - Ovorum quindecim  
millia et ducenta! - Virago praehistorica. - Ioci . . . . . P. d. V.  
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCLIII

\* SOCIETAS LATIALIS EDITRIX — Romae, Corso Umberto I, 219. \*

## LA LEGGE

MONITORE GIUDIZIARIO E AMMINISTRATIVO

An. XLIII

Commentario huic, de rebus forensibus deque rei publicae administratione monenti, grandis quidem mutatio hoc anno MDCCCCIII allata est. Non solum enim annuae subnotationis pretium, quod libell. 36 hactenus fuit, ad libell. 24 minutum est (extra Italiam lib. 30); sed longe auctus commentarius dabitur sociis, qui bis in mense fasciculum accipient paginis LII, iisque magnis ac bifariam divisis, constantem. Exeunte autem anno, universi iuris supellectili (vulgo repertorio), ex Italorum commentariis forensibus omnibus deprompta, donabuntur.

In commentarium **LA LEGGE** redigendum plus triginta viri inter clarissimos iuris peritos incumbunt, ita ut omnium huius generis absolutissimus sis existat, temque qui minimo pretio veneat.

*FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.*

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

**Società Editrice Laziale**  
ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

## MINERVA

RIVISTA DELLE RIVISTE

An. XIII

**MINERVA** ex probatissimis totius orbis commentariis excerpit atque in epitomen cogit summi momenti scripta, quae de doctrinis, de ratione civili, de religione, litteris, bonisque artibus omnibus vulgentur. Singulis dominicis diebus XXIV magnis paginis prodit, praeter operculum, quod pag. VIII constat.

**Praemia lectissima sociis conferuntur.**

Pretium annuae subnotationis est  
libell. 10; extra Italiam libell. 12,50.

*FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.*

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

**Società Editrice Laziale**  
ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

Subnotatio binos commentarios complectens **LA LEGGE & MINERVA**  
libell. 31, loco libell. 34, datur.

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii **Vox Urbis** administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia  
Lib. 15,

DE BELLO

Q UAE a poë  
de priscis  
homines quaer  
ea ebrio animo  
historia docuit.  
num paullatim  
humanitatem p  
gis contra opt  
quo mentis vin

Tunc vere h  
bellandi vignit,  
que crudelitate  
bulas potius vi  
barbaris, eruore  
aframento; mo  
exculta magis c  
videmus, qui ca  
igne torrefacta e  
dexteris, eos e  
lant: Poenos, q  
tem, servitus, e  
vastatio unum  
flammisque tra  
quaginta ante  
gulatur a Pyrrh  
illigatae per pu  
Persac, Dario r  
rum obruneant  
pollicem amputa  
starent; Laceda  
per insidias int

Nee aliter Re  
Paulo Aemilio  
ultionem sumer  
quaginta millia  
minus consul Co  
gladio perimi u  
omnia denique  
Caesar Gallias s  
bus una erat e  
suam Deorumqu  
adduebantur, u  
tur flammis, du  
catorum hominu  
leetissimo in Co

Nova ferreaq  
gorius Tournac  
in Galliam dese  
loquitur. Clotarii  
depopulatus om  
cera corpora gl  
dieuntur. Carolu  
quatuor millia et  
qui frustra suam

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## DE BELLO VETERE ATQUE RECENTIORE.

**Q**uae a poëtis vi mentis ignita efficta sunt de prisca illa aetate, quum nullae inter homines quaerelae bellaque nulla exstiterint, ea ebrio animo atque falso concepta semper historia docuit. Id unum verum, genus humana paullatim a summa ferocia ad hodiernam humanitatem pervenisse, eiusque sensus eo magis contra optimas ingenii dotes praevaluuisse quo mentis vires hebetes essent.

Tunc vere homo homini lupus, idque genus bellandi viguit, quod omnem ferociam omnemque crudelitatem vinceret. Historiae, quae fabulas potius videntur portendere de Americanis barbaris, cruento conscriptae apparent magis quam atramento; modo si ad humaniora litora vel exculta magis converterimus oculos, Phoenicios videmus, qui captivos in statua Moloch numinis igne torrefacta concludunt; Parthos, qui excisis dexteris, eos capite in humum defixo immolant; Poenos, qui Saturno mactant. Bellum autem, servitus, et clades, atque omnis regionis vastatio unum erant: Troia urbs solo aequatur, flammisque traditur, Priamus filios suos quinquaginta ante aram videt necatos, ipseque iugulatur a Pyrrho; Hectoris exuviae, quadrigae illigatae per pulverem pugnae trahuntur..... Persae, Dario rege, pedes manusque captivorum obtruncant; Athenienses mitiore Minerva, pollicem amputabant, ne cuspidem amplius gestarent; Lacedaemones Ilotas libertate donatos per insidias interficiebant.

Nec aliter Romani. Polybius auctor est de Paulo Aemilio consule, qui, ut de Epiroticis ultionem sumeret, urbem diruit, atque quinquaginta millia civium vendidit servos; Mummius consul Corinthum omnem vastavit, viros gladio perimi iussit, mulieres captivas abduxit, omnia denique igne solo aequavit. Cum autem Caesar Gallias subigeret, virorum legiones quibus una erat culpa, unus error patriam tueri suam Deorumque delubra, a saevo victore morti adducebantur, urbes quadringentae absumentur flammis, dum imperator ipse summam necatorum hominum atque victorias cruentas stilo lectissimo in *Commentariis* narrat.



Nova ferreaque aetas hand remissior. Gregorius Tournacensis Germanorum incursions in Galliam describens, de eorum ferocia aperte loquitur. Clotarius II vicissim Saxonum regiones depopulatus omnes viros trueidat, quorum proceræ corpora gladii eius altitudinem viciescuntur. Carolus magnus Saxonum captivorum quatuor millia et amplius morti addixit, quippe qui frustra suam libertatem recuperare tentassent.

Milites ipsi cruce signati magnas clades perpetrarunt. Cum Ierusalem urbem sanctam ceperissent, Guibertus Nugentinus narrat ab iis homines omnes necatos esse, quibus ocurrerent. Richardus, Anglus rex, qui cognomine « leoninum cor » fuit appellatus, Askalona urbe potitus, Mahumetanorum duodecim millia capite plecti iussit.

Eosdem fastos recolunt bella Albigensium in Gallia, bella Hussitorum in Germania, licet religionis nomine peracta; at omnia vincit omnesque exsuperat tartarus ille Timur-Kan, Tamerlani nomine cognitus, de eius gestis a Duca, graeco scriptore, edocemur. Qui cum ab aliqua urbe proficisceretur, eam ita derelinquebat, ut nec avis, nec belluae vox eius in ambitu insonaret amplius. Cum anno MCCCCI Bagdad moenibus potitus est, vix scholas atque nosocomia stantes reliquit, atque ab universorum clade, qua pueri simul atque senes absunti sunt, tantum sospites eos esse voluit, qui iudicium exercerent, atque doctores: ceterum militibus singulis octoginta legionibus distinctis praeceperit ut hostis caput quisque ad ipsum offerret; quae capita deinceps, congesta in pyramides, sui tropaeum liquit.

Quodsi a Tartaris ad Gallos reges fit gressus, Philippum Augustum Insulis urbe potitus captivos signo servitutis in carnibus obsignasse seimus, Ludovicum XII omnes equites patibulo tradidisse, qui Caravaggium defendisset.



Verum humanitas illa, quam Iesu Evangelium docuerat, depellere tandem tantam animorum saevitiam debebat.

Hac mente et lege conati sunt populi et magistratus assiduo studio ut belli ius acerbum sensim mitigarent, atque victorum feram insolentiam pro posse attenuarent. Itaque dum temporibus antiquissimis omnia passim in victorum praemium cedunt, modo vix haec vel illa regio certis limitibus definita, nobis vel aemulis addicitur, captivi commutantur, civium bona et personae sacrae sunt.

Ceterum ipsa bellica tormenta in dies perfectiora aliquid doctrinae atque sapientiae belliae rei quotidie magis intulere, eamque quodammodo nobiliorem reddiderunt. Rursus autem, quoniam pugnae passim, e longinquo ducentae sunt et agendae, cladum numerus maxime imminuitur.

Nobilissimae vero hodie belli causae, quae non cupiditate rerum alienarum moventur, sed plerumque ut sua cuique populo libertas, sua iura reddantur; ipsaque pugnandi ratio, nativam illam hominum ferociam iam non irritat vel incendit, eosque a belluarum cruentis mo-

ribus sensim avertit et meliores etiam in pugna reddit.

Extrema sodalicium attulit « a cruce rubra » nuncupatum, cui vulneratorum eura, atque oecumbentium insta commissa sunt: dumque nondum omnis bellorum causa ab hodierna humanitate exsulavit, in pugnarum aciem manibus beneficis quodammodo afferunt pietatem.

P. ROSSANI.

## DE CAIO CRISPO SALLUSTIO

**Q**UONIAM de Albii Tibulli indeole, vita, versu nonnulla nuper retulimus, optimum facere visum est siquid de Caio Crispio Sallustio indeole, vita, stylo scripserimus. Fortassis in aliud latinitatis litus maritimumque rus naviculam peregrinantem impulsemus, sed ad hunc celeberrimum virum nos hodie vocat libellus a R. Ioanne Vallarino nuperrime typis editus, nobisque dono datus (1); egregium sane opus, si inquisitiones, si historias, si mores, si scribendi causas animadverteris, et non modo aliquid novi ferens, sed vel inexpectatum, et quod nostris in temporibus maximum est, ea latinitatis vehementia et gratia simul conscriptum, ut omnes contigisse numeros et metas credamus. Qui quidem recensitis Cicerone et Caesare, et qua pars laude recensitis apud Latinos, ubi ad Sallustium procedit, haec habet quibus egregie Sallustiana indeoles, modusque scribendi definitur: « Caius Crispus Sallustius aliquid ab iis (Cicerone et Caesare) sibi vindicat, quo tum exponendi ordine, tum scribendi modo, tum austeritate, et, sit venia verbo, atrocitate quodam indolis terret, atque ita legentium percellit animos, ut nec enarrator, nec pictor habendus sit, sed quasi scalpro et malleo gigas terribiliter usus, qui bonos, qui malos, tempora, loca, vitia, virtutes, immo potentius virtutibus vitia, vehementius bonis nefarios, altius et fortius iueundis dira, facinore quovis optimo sclera, quasi totidem odio humani generis vindenda simulaera, statuit ad infamiam aeternam». Tum causam adstructurus, qua tam diversus a ceteris Crispis feratur, proponit his verbis: « At undenam haec aureo viro, quoem Cicero, Horatius, Cornelius Nepos, Vergilius, Caesar non modo vixerunt, communia habuere tempora, cultuque eodem disciplinisque iisdem imbuti floruerunt, quinimo saepe, siqua historicis fides habenda sit, dextræ conseruerunt amicas, et non modo amicitia, sed familiaritate usi sunt?... Quid si, opportunum tempus locumque nactus

(1) IOANNES VALLARINUS. *De Caio Crispio Sallustio archaica et vulgari scribendi ratione.* — Romae, MDCCCCII.

de indole viri huius aliquid vestigavero, et causam edixero, qua conflata est formidabilis illa Sallustiana securis?». Pulcherrimum, aut ego fallor, operis argumentum simul et negotium est.

Alienus, prouti Romanum, divitem, sua urbe, suo genere superbū decebat, fastidiosumque rerum omnium, praeter voluptates et gloriam; alienus, inquam, a reliquo sollicitudinibus eurisque ceteris, liber atque solutus Sallustius vivebat indulgens et saeculi et Urbis corruptissimae moribus, genioque iuvenili, illeebisque, blanditiisque quibus amiebatur assidue. At postquam ab Annio Milone gravi pecunia multatus est ut illati dedecoris poenas penderet, in libertinas totum se convertit, atque eo devinit, ut Roma in ipsa, quanta erat, fabula fieret. Hinc in Senatu sedens cum publice vituperaretur quasi patritiae dignitatis oblitus sese vulgo plebique misceret, atrocissima verba in patricias matronas omnes expressit. Non tulere Patres convicium, maioribus monentibus suis, qui periculose potius, a Lucretia ad Virginiam et ultra, facere voluerunt in reges, in decemviros, quam turpiter perpeti in Romanas matres-familias audacter et ignominiose prolata, et a senatu depulerunt, publicis honoribus expoliarunt quos gerebat eo tempore, denique eo compulerunt, ut Roma, ut ex Italia ad Caesarem bella gerentem in Gallieis demigraret. Odium inde immane, implacabile in Sallustio adversus Patricios omnes ortum est, quod vix Patriciorum omnium sanguis extingueret, vix horum omnium familiarumque eorum funera satiarent. Hinc Patricius ipse blandiri plebeis, popularis fieri, et a patricio sermone, quem et Cicero et Caesar archaica prorsus forma omni exuebant, penitus abhorre. Idque duplii de causa; prima, ut facilior gratiorque populo fieret, quibus ab omnibus sanguinolentam de Patribus ultionem sperabat, memor quid inter Marium et Sullam fuisset; altera, ut ipsa antiquitate vocum, ipso vulgi stylo, queis et Varro praesens et Cato nuperus auctoritatem fecerant, auctoritatem et ipse sibi suisque libris compararet. Qua in re optime se praestitit; nam quae duo seripsit historica monumenta de Coniuratione Catilinae et de Iugurthino bello hoc unum, si recte perspicias, vindicant, uti populus ex plebe sciat apud nobiles turpia omnia, vitia quaeque a parviegio ad infanda penitus esse tamquam domi, tamquam in sua propria sede et limo; apud plebeios homines et populares omnes pariter omnes esse virtutes a peritia rei militaris ad perititiam prudentiamque gerendae rei publicae. Nonne legis gestientem laetitia quoties et ipsum coniurationis caput nobili genere natum dicat, et haerentes huic nobiles, patricio sanguine ortos, affirmet? Equid autem est integra illa Marii oratio consulatum administrationemque Iugurthini belli petentis, nisi quaedam continens et perennis accusatio et vituperatio Patriciorum?

At Sallustianus dicendi scribendique modus, etsi popularis et ab ipso sanguine exeruptus vulgaris eloquii, attamen industria summa et arte mira delectus est; nihil enim in eo quod turpe, quod vile, quod humile aliquid sentiat possumus reperire, sed omne selectum est, quod brevius, quod vehementius, quod altius feriat; hoc enim vulgo est ut brevioribus utatur vo-

cibus, fortasse incomptioribus, sed potentia quadam, sed vi quadam maxima intortis, tamquam iaeulis non eutem attingentibus, sed visera transverberantibus. Quid dicam? Phrasis: « Formidabilis illa Sallustiana securis », Sallustium dat totum, et ponit ante oculos. Non ferit, sed seindit Sallustius; non subtilli ferro findit, sed securi immedicabiliter frangit, conterit, disserpit. Ut quid? Ut siquod vulnus cohaerat, in ullen postea tumescat; contrita ossa autem nullius Hippocratis arte restituentur. « Popularem Sallustius captabat auram, populares alliebat animos auresque mulebat, dum populari sermone turpia nobilitatis ulcera ferro candenti immittis urebat. Parabat itaque tempora, quibus plebeius ordo illi faveret, qui, uti in Caesare factum est, ad subrnendos nobiles properabat. Nec aliter a praevisis res acciderunt; videmus enim in civili bello Pompeium abeuntem, venientem Caesarem, et hunc, populo non reluctante, immo omnia praebente ab aerario ad commeatus, dominatione potiri » (1). Illud porro est insigne quod Sallustiani sermonis modi, quos vulgares plerique, nescio qua de causa, nunquam sparsim et apud Ciceronem et apud Vergilium et apud Horatium et apud Ovidium habeantur. Hi interdum, ille passim est usus. Atqui si sparsi nemini vitio sunt, nec igitur congesti vitio esse enivis possunt; praesertim eum plura innovata postea sint, facientibus praesertim Cicerone et Caesare, qui omnia participia in « undum » converterunt in « endum », quamvis et Caesar et Cicero saepe etiam iis usi plerunque sint; et Varro, ille Romanorum doctissimus, latinitate usus sit a Sallustiana non modo haud longe diversa, sed interdum etiam frequentius plebeis vocibus phrasibusque plebeis intertexta.

At quenanam Sallustio nativa indoles? Dicat Vallarinus: « Erat Sallustio indoles, quae mansuetudini, quae benignitati, quae benevolentiae, quae commiserationi non obstaret; et hac in re testimonium illa perhibeant, quae in Catilinaria tradit de Caesaris animo. At vel ibi Catonis austrietatem egregie laudat et mores et famam. Profecto consuetudo Caesaris in mitia Sallustium inelinet, nisi vituperium, contumelia, damnum, infamia, qua inustus est, animum avertissent, et ad ea Nobilibus reddenda, quae acceperat, incitassent ». Quid autem de moribus eius dicemus? Eadem quae de Tibullo. Eadem aetate, iisdem sub legibus vivebant, eadem ambobus religio; scilicet nulla; delectationum tantummodo in praesentiarum cupidi, futurarum rerum et immortalis animi incuriosi. Ubi Deos deleveris « memores fandi atque nefandi », ubi illud homini persuaseris: « post mortem nulla voluptas! », numquid exspectare aliquid poteris quod grande sit, vel in Stoicis? Atqui superbia Diogenis et rictu laceri pallii emicabat. Omnibus hoc unum, quod Ciēro de se profert esse, quippe, multorum praecepsis multisque litteris sibi ab adolescentia suaserat nihil in hac vita magis esse exspetendum nisi laudem atque honestatem, in hac autem consequenda re omnes erueiatus corporis omnia pericula mortis parvi esse dueenda.

Hinc vel in optimis habemus quamplures, qui in foro, in templo, in euria, militiae-

que aeterna quamvis digni memoria, non tam et bonos et optimos domi se praestiterunt, neque tales eos uxor, liberi, domestici, servi iudicarunt. Pauco, qui reliqui sunt, bonos domi iudicamus, non quia talem possimus ferre de iis quotidiani sententiam, sed quia nescimus ea quae domi patraverint. Haud aliter de Sallustio dicam. Habeant illum quemcumque velint morum censores; nos, qui latinitati favimus optimae, optimum latinae linguae scriptorem et exemplar laudamus.

Vallarino itaque gratias agentes et quod fecerit, et quod libros mittens causam nobis serbendi dederit, eluebrationi nostrae imponimus finem, et Sallustii studiosos ad Vallarinianum opus delegamus.

G. P.

## MANIUM REGNA.

**I**NESSE post mortem homini sensum aliquem, ita neque cum morte, hausta semel, omnia finire; ita ab exordio rerum crediderunt homines, ita tenuerunt, ita insuper haec opinio omnium sermone pererubuit, ut gravissimi philosophi modo autumarint ista protoparentibus a Numine tradita, ne, quae ventura impendebant, malo suo ignorarent, modo in tali consensu quamdam quasi naturae legem suspieati sint, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus.

Esse Deum quemdam supremum, qui creatis omnibus praest; esse in hominibus animam, quasi divinæ particulam auram, perpetuam, inexstinguibilem, immortalē, omnium, prouti in corpore vivens gesserit, rationem Numini reddituram, praemium, vel poenas pro factis daturam summo Ordinis Vindici; en quae duo Religionum omnium cardines basimque constiunt; en cultus, rituum, sacrificiorum, templorum causae apud omnes gentes. At in ipsa poenarum, praemiorumve conditione siqua diversitas, ea minima est; et si pro locorum indolisse diversitate discrepare videantur, in unum tamen miribili consensu conspirant, ut, quae malis constitutae sunt miserrimae sedes, illae in profundioribus orbis terrarum cavernis antrisque habeantur. Quae bonis autem reservantur, illae binae sunt; namque optimis quibusque datum in sidereo caeli locus, bonis autem tantummodo requies, et quasi amoenissimae rusticationis locus, ab incolatu improborum longo spatio separatus, infernus tamen. Quum tamen et ii sint, quos vel ortu in ipso, vel infantiae in annis immatura mors

*Abstulit ante diem, et funere mersit acerbo,*  
qui, et iure, culpae cuiusvis insontes, et pariter nihil praemii, nihil poenarum meruisse putentur. constituta sedes est iis, in qua neque torqueantur, neque delectatione supereffusa fruantur. At in re hac illud credo potissimum fore lectoribus, si animadvertis a prisca creditaque certo populo traditione (de Hebraeis loquor) traditiones gentium aberrasse devias nunc in dexterum, nunc in laevum, interdum quoque retrogradientes, interdum incertas; Christiana denique Religione, afflante Spiritu veritatis, ea, quae initio fuerant, restituta fuisse; haec tamen

diversitate, quo quomodoemque tur et vulgo ter ea tantum vera et sententiis Pat nihil fabulatorib; ea quae certa s in argomento p et ad deterrend vel tolerantur, nunquam ad praritatis Ecclesiae, assurgent.

Apud Hebreas vita functi essent quiescerent in se chis. Non illie illie furiales igne tranquilla conciliolas non extenuasse secundis, et a laboribus vita profundioribus te abstinere a referbis, ne paginam illius egere progre fide Hebraeorum obiissent supremum interiore, in que ciarentur ad tempus exsilio, donec que ascenderent, tae maculis ad se Abrahami. Quae teris, alibi requiesce, ea conditione operibus sive elec sive alio quovis eorum faceret, s eoram Deo, poss Sacrificia pro iis tasse primum hab vir fortissimus Iudeus Timotheum et Gorgon duodecim millia solymam, ut pro ierentur. « Nisi enim recturos speraret s orare pro mortuis. Scriptura (1), – et functis exorare, v

Tertius atque in propria et sua rati de quo dieitur nunc de quo Propheta: sunt, unusquisque vorabit, Manasses nasses ». Ibi « valutum horribiles »; rietur », pluraque cogitatione proste vir ille Hussita, regionis medius erit Assyrios, « terram tenebunt, terram mactum nullus ordo, sed in horror inhabitat »

(1) *Maccab.*, II, 12.

(1) *VALLARINUS*, op. cit.

i memoria, non tam  
omni se praestiterunt,  
i, domestici, servi  
ui sunt, bonos domi  
possimus ferre de  
sed quia nescimus  
Haud aliter de Sal  
in quemcumque ve  
qui latinitati fave  
inae linguae scri  
tus.

agentes et quod fe  
s causam nobis scri  
nostrae imponimus  
ad Vallarinianum

G. P.

## EGNA.

ni sensum aliquem,  
semel, omnia finire;  
derunt homines, ita  
opinio omnium ser  
mi philosophi modo  
ibus a Numine tra  
ndebant, malo suo  
consensu quamdam  
ati sint, ad quam  
stituti sed imbuti

remum, qui creatis  
ominibus animam,  
aurae, perpetuam,  
m, omnium, prout  
rationem Numini  
poenas pro factis  
dici; en quaes duo  
s basimque consti  
rificiorum, templo  
es. At in ipsa poe  
tatione siqua diver  
pro locorum indo  
ideantur, in unum  
spirant, ut, qua  
rimae sedes, illae  
rum cavernis an  
autem reservantur,  
mis quibusque da  
bonis autem tan  
noenissimae rusti  
mproborum longo  
men. Quum tamen  
ps, vel infantiae

mersit acero,  
nsontes, et pariter  
meruisse puten  
in qua neque tor  
supereffusa fruan  
o potissimum fore  
prisca creditaque  
(Hebraeis loquor)  
devias nunc in  
nterendum quoque  
ertas; Christiana  
ritu veritatis, ea,  
nisse; haec tamen

diversitate, quod apud prisces ea, quae poetis  
quoniamcumque placeuerint, pro certa haberent  
ur et vulgo tenenda proponerentur; apud nos  
ea tantum vera teneantur quae saeris codicibus  
et sententiis Patrum respondeant, et nihil poetis,  
nihil fabulatoribus, nihil descriptoribus, praeter  
ea quae certa sint, auctoritatis concessum tanto  
in argumento putetur. Nonnulla vero pie dicta  
et ad deterrendos a scelere homines opportuna  
vel tolerantur, vel non inquiruntur, eo quod  
nunquam ad praesumptionem usurpandae auctoritatis huius  
assurgant.

Apud Hebraeos hoc erat in primis, quod qui  
vita functi essent, si bonis obsiti operibus, re  
quiescerent in sinu Abrahæ una cum Patriarchis. Non illie igitur saevientia tormenta, non  
illie furiales ignes, sed quaedam veluti aura  
tranquilla concilians somnos, semisopitosque in  
colas non extenuans adversis, non reficiens for  
tasse secundis, ea tamen quae in pace sineret  
a laboribus vitae requiescere. Hoc autem in  
profundioribus terræ. Lectores optimi sinant me  
abstinere a referendis Sacrorum Librorum ver  
bis, ne paginam impleam supervacaneam. Mel  
ius egero progrediens. At non modo haec in  
fide Hebraeorum erant circa bonos, qui diem  
obiissent supremum, sed sciebant esse locum  
interiorem, in quo animæ defunctorum vel cru  
ciarentur ad tempus, vel temporaneo detineren  
tur exsilio, donec vel minimis purgatae, lotae  
que ascenderent, deferrenturque nullis inquinatae  
maculis ad sedem Patriarcharum, ad sinum  
Abrahæ. Quae autem hoc in ergastulo a ce  
teris, alibi requiescentibus, separabantur inclu  
sæ, ea conditione tenebantur, ut bonis patratis  
operibus sive eleemosynis, sive precibus effusis,  
sive alio quovis facinore, quasi quis nomine  
eorum faceret, subdens surrogansque se reis  
coram Deo, possent ab illo carcere liberari.  
Sacrificia pro iis in templo facienda locum for  
tasse primum habebant. Legimus enim, quod  
vir fortissimus Iuda Maccabæus, pugna adversus  
Timotheum et Gorgiam pugnata, facta collatione,  
duodecim millia drachmas argenti misit Iero  
solymam, ut pro iis qui obierant sacrificia offer  
rentur. « Nisi enim eos, qui ceciderant, resur  
recturos speraret superfluum videretur et vanum  
orare pro mortuis... Sancta igitur, — prosequitur  
Scriptura (1), — et salubris est cogitatio pro de  
functis exorare, ut a peccatis solvantur ».

Tertius atque interior ceteris locus est, qui  
propria et sua ratione appellatur « infernum »,  
de quo dicitur nullam inibi esse redemptionem,  
de quo Prophetæ: « Sieut oves in inferno positi  
sunt, unusquisque carnem brachii proximi sui  
vorabit, Manasses Ephraim, et Ephraim Ma  
nasses ». Ibi « vadent et venient super damnatum  
horribiles »; ibi « vermis eorum non mor  
rietur », pluraque huiusmodi, quae animos ipsa  
cogitatione prosternunt ac terrent. Locum vero  
vir ille Hussita, qui iure ipso et conditione  
regionis medius erat inter Cananæos, Aegyptios,  
Assyrios, « terram nuncupat, unde nemo rever  
titur, terram tenebrosam et opertam mortis ca  
ligine, terram miseriae et tenebrarum, in qua  
nullus ordo, sed umbra mortis et sempiternus  
horror inhabitat ». Triplex hic igitur funereæ

regionis habetur divisio, neque ab hisce diversa  
est, quam Vergilius tradit gentibus idolatrias  
passim esse communem (1):

*Dé, quibus imperium est animarum, umbrae silentes,  
Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte silentia late.*

Habemus enim ibi primo Vestibulum, pri  
masque orei fauces; habemus postea locum,  
Acheronte tranato, ubi lugentes campi, nee  
omnis cruciatus expertes traduntur:

*Non etenim hæ sine sorte datae, sine iudice sedes.  
Quæsitor Minos urnam movet; ille silentum  
Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit.*

Hie et

*Continuo auditæ voces vagitus et ingens  
Infantumque animæ flentes in limine primo  
Quos dulcis ritæ exortæ, et ab ubere raptos  
Abstulit alra dies.  
Hos iuxta falso damnati criminis mortis.*

Tertia ab hisce loca sunt.

*(durissima regna  
Quæ Rhadamanthus habet), triplici circumdata  
[muro,  
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus annis  
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.*

Hic aeternum

*Exaudiri gemitus et saeva sonare  
Verbera, tum stridor ferri, tractæque catenæ.*

Hic Tartarus profundissime hians, hie omnium  
poenarum series; hie omnium improborum see  
lestorumque genus a gigantibus, ausis

*rescidere cælum,  
superisque Iocem detrudere regnis,*

ad parricidas et adulteros, et fraudolentos, pa  
triae iustitiaeque proditores; hic denique omnes

*Ausi.... immane nefas, ausoque potiti.*

Ac tamen propria cuique sceleri poena est; et  
ideo postquam aliquid Vergilius huiusmodi enum  
eraverit addit:

*Non mihi si centum linguae sint oraue centum,  
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere poenas,  
Omnia poenarum percurrere nomina possem.*

Vergilianæ haec, ut ita dicam, distributio Inferni  
haberi potest quasi compendium et summa eorum  
omnium, quae circa Manum domos sedesque  
credebantur, quaeque non minus Romæ quam  
Athenis communia erant. Addenda vero sunt

*amoena vireta  
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas*

devio a Tartarea illa urbe horrenda itinere  
petenda; infera tamen loca non minus; sed in  
Vergilianis Manum regnis hoc mihi mirabile  
assurgit, quod in ipsis Elysiis aliiquid, quod  
expiatorio animarum carceri proprius habeatur,  
exsistat.

Huc usque de his, quae apud Gentiles erant,  
sive ad Hellenicam, sive ad Romanam idolo  
latram ac traditionem pertineant. Sequenti numero  
quid apud Aegyptios, quid apud Indos  
fuerit eadem de re persecuemur; comparatio  
nen denique instituimus cum iis, quae nunc  
apud Christianos populos sunt, idque tum de iis  
quae theologiam spectant, tum de iis quae sunt  
apud vulgus.

SENIOR.

## HORAE SUBSECIVÆ.

### IN INGLUVIEM.

*Cum me letiferi premeret violentia morbi,  
Haec fudi ex humili tristia verba toro:  
Ergone me miserum primo sub flore iuventae  
Atropos, heu! duris unguibus abripiet?  
Nec potero lacrymis crudelis flectere fati  
Duritatem? ratio nulla salutis erit?  
Tu, quæ sola vales cunctos depellere morbos,  
Spes una aegrotum, tu, Medicina, veni;  
Et veniant tecum succi quicunque salubres,  
Et quæcumque artes corpora fessa levant.  
Vix ea fatus eram, cum oculis incognita nostris  
Visa est incessu femina adesse gravi.  
Triste supercilium, contracto est pallor in ore,  
Docto operi intentis ut solet esse viris.  
In nostro primum deficit lumina vultu,  
Moæ coepit lenti talia voce loqui:  
- Adsum, quam poscis, nec opem tibi ferre negabo.  
Quæ didici aegrotis omnibus esse piam.  
En adsum Medicina tibi: tu parce timere:  
Corpore diffugiet febris iniqua tuo;  
Et vitam duces extensem sanus in aerum,  
Quæ tibi præcipiam, si memor usque colas.  
Sumere te volo phialas tetrasque sapores,  
Quos habili miscet pharmacopola manu.  
Ne nimium his credas: perpaucis expedit uti:  
Cetera, quæ prostant, nomen inane ferunt.  
Ipse, fatebor enim, quamquam conamine multo  
Quaesivi, quali vita valescat ope,  
Vix potui et latebris naturæ extundere pauca,  
Quæ meus Hippocrates, quæque Galenus habet.  
O quantum præstat curare, in corpora sana  
Ne morbi irrepant, cedere non dociles!  
Qua facere id possis, nostrum nunc accipe dictum:  
Incoludem facili te iacet ire via.  
Contentus vivas tenui potuque ciboque:  
Te nunquam turpis polluat ingluies.  
Immodico e victu, quasi diro e fonte, malorum,  
Quæ vitam attenuant, labitur omne genus.  
Crede mihi: immanis stomachum cum prægravat esca  
Et fumosa imo pectore vina furunt,  
Tum male concoquuntur, tum exundat copia maior  
Humorum, inque artus perniciosa fluit.  
Intestina dolent: caput ex ardore laborat:  
Laxantur nervi: lumina rubra stupent.  
Sed qui sincera simul ac placaverit esca  
Iratum ventrem, ducit id esse satis;  
Qui præfert, simplex quos dat natura sapores,  
Nove laboratas appetit arte dapes;  
Qui lympha ardentis restinguunt pocula bacchi,  
Quo modico interdum pectora lassa fovet;  
Ille suas solidò servabit robore vires,  
Intactoque diu corpore laetus erit.  
Sic produxerunt vitam per saecula multa  
Qui primi terras incoluere novas. -  
Dixit et excessit. Tum coepi condita mente  
Dicta sequi. Ex illo tempore convulsi.*

A. BASILI.

## DE LATINA ELOQUENTIA

### IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

*IUVAT illustre Vigi monumentum De Sindone  
Taurinensi, totum contemplari, unoque ad  
spectu omnes eius partes complecti.*

Huius Carminis actio, si summa tantum capita  
spectentur, ita se habet. Sindon servatur in Char  
nes oppido a Margarita, quae templum ibi exci  
tare parat, ut solemnes honores divino Pignori  
reddantur. Daemon concilium habet, et suos in  
Thraciam immittit, ut belli studio Maumethen  
regem accendat. Adornatur bellum, et dum eius  
incendio omnia ardent, Ioseph ab Arimathia  
Aeternum Patrem orat, ut Sindonem servet.

(1) Cfr. an. VI, num. IV.

(1) *Maccab.*, II, 12.

(1) *Aen.*, lib. VI, 264 et seqq.

Hinc Dei responsio, et rerum futurarum praeditio.

Deinde iniicitur Margaritae studium Charnes linquendi, quae in Galliam tendens maritimo itinere in Italiae fines se confert. Denique, superatis Alpibus, iuxta quas frustra flet vehementissime Saerum Linum sibi furto sublatum, Camberiacum accedit.

Margarita hospitio excipitur a Ludovico Sabaudiae Duce et honorificentissime habetur. Rogata ab Anna, Ducis uxore, causam doloris vehementissimi aperit, et de Sindone multa narrat. Ludovici iussu inquiritur in fures, eisque venia editio proponitur, si ultro Sindonem restituunt.

Hac spe allecti fures, et frusta a malo genio deterriti eam denique restituunt, et simul cum venia salutem divinitus recipiunt. Saerum Linum enixis precebus Anna petit, at non impetrat. Hinc caelestis nuncius a Deo missus multa praedicens in somnis eam solatur. Tandem prodigiis novitate permota Margarita se sinit exorari: saevoque Lino donato, discedit. Multae laetitiae significaciones in urbe dantur. Quare Dites ira accusans novum parat bellum, et rursus daemones in terras immittit. Concurritur certatim ex omni Sabaudiae parte spectandae Sindonis causa.... Tandem, publice proposito ad venerationem divino Pignore, fugam daemones, angelis terga prementibus, arripiunt.

Iam multi eruditione ac doctrina spectatissimi viri, iussu Principum Sabaudiae, omnia perscrutati sunt diligenter in tabulariis, multaque a patribus accepta Camberiaci ac veluti per manus tradita memoriae prodiderunt; sed ipse unus Vigus est hoc divinissimum Pignus versibus describere adgressus.

Nec mordieus historiae veritati adhaeret, sibi sed veniam postulat illam, quae ultro datur ab omnibus scribendi magistris, ut etiam falsa cum veris aliquando misere possit, modo cum re de qua agitur apte cohaereant, et aliquam saltem veritatis speciem praeseferant.

In id autem ineundum, in id omnem curam conferendam arbitratur, ut pietatem,

quam in animo haberet eum laude et ex argumenti praestantia expromere posset.

Insuper nihil unquam hoc Lino angustissimo carius Sabaudiae regibus fuit, et praecipuis honribus praecipuo cultu illud sunt prosecuti, et ingentibus donis, quibus magnificentissimam ac vere regiam aram Taurini in Ioanniano templo cumularent. Et tanta assiduitate animique ad optima quaeque factu propensione, omni tempore potissimum illud coluerunt, ut veneratione ac pietate, in tam insigne divini amoris monumentum vel religiosissimo cuique exemplo esse possint.

Prae ceteris vero religione effusus rex Carolus Emmanuel, cui cognomentum Magno factum est, qui Saerosanctam Sindonem veneratus Camberiacum se contulit ex Subalpina regione, pedibusque etiam, quod magis mirandum visum est, tam longum iter conficit.

Nil mirum sane si poeta sic exorsus salutat:

.... Nulli o Regum virtute secunde,  
Nec pietate minus, mentis quam robore praestans,  
Carole! Tu gressum, qua semita nulla, ferenti  
Dexter ades vati, atque audacibus annue coepisti.

In hoc poemate, quod duobus libris continetur, id omnino spectavit Vigus ut Sindonem Domui Augustae donatam carminibus exornaret. Ipse callidam illam artem a Vergilio arripuit, qua usus, castas veneres fallentesque pulchritudines de *Aeneide*, de *Bucolicis*, de *Georgicis*, aliud veluti agens, in suos versus feliciter derivavit. Etenim si qui nostra potissimum aetate ventosam parabilemque eruditulorum auram inhiantes, in variis solum lectionibus coacevandis, in mensura versum stabilienda, in ipsomet divini scriptoris nomine scribendo oleum et operam perdunt, contritam profecto obiurgationem merentur, qua Ulyxes in *Illydis* II Achivos incessit, e Troia, re infecta, novem post annos discedere cupientes: — « Indignum est mansisse diu, vacuumque reverti! »

Si autem a brevitate mihi inuineta liceret quodammodo recedere, id possem demonstrare, quantum ex Vergilio sit ipse mutuatus atque in rem suam facile reduxerit.

Ad hosce libros accedit longior Appendix, ubi poeta de pestilentia narrat, quae Insubres praesertim populos anno MDLXXVII grassata est, et de Sancti Caroli Borromeo in urbem adventu, et de Sindonis translatione.

Ut aliquod scribendi exemplum ob oculos habeas, sint quae raptim de pestilentia narrat:

*Squalebant moerore domus, fora, templa, riaeque  
Et nemora, et villa curas dispellere suetae.  
Luctus ubique, parox, crudeli et face metentis  
Omne genus hominum, tristissima mortis imago.  
Haec facies rerum, quum servantissimus aequi,  
Et Fidei Procerum decus ingens, Carolus, ostro  
Spectandus sacro, patriae inter moenia cara,  
Cui datus antistes, verus ceu pastor, obibat  
Munia, quae seri celebrabunt laude nepotes!*

Cum primum in vulgus hoc carmen Vigus edidit, magnis undique laudibus exornatur, ab ipso Pio VI Pont. Max. litteris datis, summo honore accipitur. Si quis autem a me quaeasierit quanam de causa poëma Vigi tot virtutibus pollens luminibusque poeticis splendescens, et quadam ingenii mentisque vi longe aliis eiusdem aetatis anteponendum, iaceat in tenebris, hoc unum probabile responsum in promptu esse arbitror: Res, quam versibus celebrare sumpsit, haud ita est in hominum opinione excellens, neque aliarum est rerum felix origo, ut inde populi in suum commodum vel in gentis honorem redundare possint.

Alia multa pulcherrima serpsit Vigus, quae tamen parvi est hic pretii memorare.

SUBALPINUS.

### HOMINIS AETATES QUAS LOTTUS PINXIT.

LOTTUS LAURENTIUS bergomensis, Venetae scholae inter alumnos clarissimus, saeculo XV natus est. Georgonis discipulus atque Leonardi, Laureti a MDLX obiit, quo vocatus fuerat ad sacras historias in sacello quodam sacratissimae illius basilicae pingendas.


Multa reliquit arte pulcherrima, inter quae tabulam « Adulteram mulierem », effigientem, quam modo Lutetiae museum obtinet.

Quam damus tabula, Florentiae asservata, tres humanae vitae aetates effigieis tribus formis, aliam iuvenili ardore et venustate, aliam gravitate virili, aliam candida canitie distingit. Peritiam artificis docent omnes, ac testantur ingenium, quo discordes cogitationes et figuræ concordi arte unam in tabulam eamdemque concessit.

I. A.

### EFFICIENTIA SOLIS ET VIS IN QUIBUS DAM HOMINUM MORBIS.

Frigidissimam, tepefectam, prope ferventem, vaporatam aquam, ignem, electridem ac luecum ex ipsa proficiscentem, ut sexenta alia praetereamus remedia, ex chemica praesertim nostris hisce temporibus deprompta, medici adhibere non sunt dignati ad hominum valetudinem curandam firmandamque. At vero alma solis lux, ex qua, tamquam ex fonte continuo atque perpetuo, universae huius rerum omnium



« Hominis aetates » quas Lottus pinxit.  
(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

compagis proman evanuit, nec dign aegrotis solamenq

Attamen aliqui medici solis lucen riri felici ausu eos simo otingentesin neficia ex ista m Kime doctor typis factum est ut non pollentes in lucen que totis viribus omnem dubitationis solis lucem tantum morbis, quibus no lioma », quibusque omnem frusta morbi aegrotis

Praeterea quum medico ad plenum manum corpus placit ac transverbera phthisi, quae civi prae ceteris morbi morte afficere videtur in modum

En paneis rationie diebus phthisi lab sub dio tres circuiti gulis aegrotis, quae satur diseus tripod radios in nudum eum autem, cui non agnitus, tali est arte radios, trium pedi colligat nubeculam metrum habentem, ruleae lucis tantum satis ad totum hum idemque plane per vis multo afficiatur rere minime valet.

Quaeretis forsitan laborantium pectus morbo? Brevi me ex ac laringem occupa complectendo radiis ea maiori influat et firmetque alimento microbiis seu bacil luecum ipsam inter Haec itaque mede pedit, quoniam pro levius est momenti, gliae urbibus, quibus Salt-Lahe City iterata

Id igitur est in quae ubique genti nulloque emenda exhibetur copia, ac civili hominum con quis magisque in d beatur, adeo ut a culis factis, novisq auxiliis, pernicio prorsus redigi possit.

... neque  
Adversa e

longior Appendix,  
arrat, quae Insubres  
IDLXXVII grassata  
Borromeo in urbem  
anslatione.  
Exemplum ob oculos  
et pestilentia narrat:  
ora, templo, viaeque  
lispellere suetae.  
i et falee metentis  
ssima mortis imago.  
ravissimus aequi,  
gens, Carolus, ostro  
ter moenia carae,  
pastor, obit  
laude nepotes!

hoc carmen Vigus  
adibus exornatur, ab  
itteris datis, summo  
tem a me quaesierit  
Vigi tot virtutibus  
eis splendescens, et  
vi longe aliis eius  
, iaceat in tenebris,  
sum in promptu esse  
us celebrare sumpsit,  
opinione excellens,  
felix origo, ut inde  
vel in gentis ho  
seripsit Vigus, quae  
memorare.

SUBALPINUS.

ETATES  
S PINXIT.

Bergomensis, Venetae  
clarissimus, sae  
discipulus atque  
obit, quo vocatus  
in sacello quodam  
e pingendas.  
errima, inter quae  
rem », effingentem,  
eum obtinet.  
orentiae asservata,  
effingit tribus for  
et venustate, aliam  
ida canitie distin  
cent omnes, ac te  
cordes cogitationes  
in tabulam eam

I. A.

LIS ET VIS  
UM MORBIS.

prope ferventem,  
m, electridem ac  
, ut sexenta alia  
emica praesertim  
mpta, medici adhi  
hominum valetu  
ue. At vero alma  
ex fonte continuo  
us rerum omnium

compagis promanat vita, tot saeculis neglecta  
evanuit, nec digna est habita, quae medicamen  
aegrotis solamenque praeberet.

Attamen aliquos ante annos Kime et Finsen  
medici solis lucem in quibusdam morbis expe  
rii felici ausu coepérunt: itaque anno millesimo  
octingentesimo nonagesimo nono prima be  
neficia ex ista medendi ratione iam profecta  
Kime doctor typis edere non dubitavit. Ex quo  
factum est ut non pauci viri Hippocratis arte  
pollentes in lucem inspicendam experienda  
que totis viribus incubuerint, adeo ut extra  
omnem dubitationis aleam nunc sit positum  
solis lucem tantummodo iis mederi posse cutis  
morbis, quibus nomen « lupus » vel « epithelioma »,  
quibusque remedium praebendi gratia  
omnem frustra moverunt lapidem medendi arte  
praestantissimi quique.

Praeterea quum diurni lux astri, ut a Kime  
medico ad plenum iam est demonstratum, hu  
manum corpus plane perfecteque pervadere possit  
ac transverberare, in pulmonum laringisque  
phthisi, quae civilem hominum communitatem  
prae ceteris morbis omnibus maxime angere ac  
morte afficere videtur, efficientia solis et vis  
mirum in modum patet.

En paucis ratio lucem adhibendi. Luculentis  
diebus phthisi laborantes in horto vel alio loco  
sub dio tres circiter horas acie considunt; sin  
gulis aegrotis, quadam distantia, aeneus adver  
satur discus tripodi innixus, qui exceptos solis  
radios in nudum eorum pectus remittat. Discus  
autem, cui nonaginta centimetrorum est diam  
et, tali est arte confectus, ut remissos lucis  
radios, trium pedum distantia in orbiculatam  
colligat nubeculam novem decimetrorum dia  
metrum habentem, unde vehementis atque cer  
ruleae lucis tantum proficeatur, quantum sit  
satis ad totum humanum pectus amplectendum  
idemque plane permeandum. Quae lux quam  
vis multo afficiatur calore, cutem tamen adu  
dere minime valet.

Quaeretis forsitan: Qui fit ut solis lux, phthisi  
laborantium pectus pervadens, exitiali medeatur  
morbo? Brevi me expediā: lux enim pulmones  
ac laringem occupando suisque, ut ita dicam,  
complectendo radiis, in causa est ut sanguis in  
ea maiori influat copia, atque uberiori reficiat  
firmitque alimento infirmas partes, quae insuper  
microbiis seu bacillis, quibus sunt infectae, per  
lucem ipsam interemptis sensim expurgantur.  
Haec itaque medendi ratio brevi phthisim im  
pedit, quominus progrediatur ulterior, quod non  
levis est momenti, ut a Kime medico in An  
gliae urbibus, quibus nomen Fort Dodge, Denver,  
Salt-Lahe City iteratis periculis compertum est.

Id igitur est in votis ut benefica solis lux,  
quae ubique gentium emicat, nunquam deficit,  
nulloque emenda pretio cupientibus maxima  
exhibitetur copia, ad tanti morbi perniciem in  
civili hominum communitate imminuendam mag  
is magisque in dies toto terrarum orbe adhi  
beatur, adeo ut aliquando, novis interim peri  
culis factis, novisque medendi arte suppeditatis  
auxiliis, perniciosestima phthisis ad nihilum  
prorsus redigi possit.

HERSILUS.

... neque enim virtutis amorem  
Adversa exemisse valent.

SIL. ITAL. PUN. I. 10.

## MULIER ARTOLAGANOS VENDITANS.

BATAVICAM plane scholam tabula clamat,  
quam damus, unde Gherardus Don clarus  
saeculo XVII prodidit pictor, et ab « artolaganis »  
dicta est. Clarus aer in caelo et circum  
renidet loco agresti, sed non inculto, prope  
domum viridi hedera dextrorum contextam et  
obtectam arboreis frondibus. Anus sub ea sedet,  
eius maritus forte ex umbra post eam eminent  
aliquantulum muro innixus. Tendit illa manus  
ut obolum ex puellis ementibus accipiat, quibus

DE "DISCIPLINA ARCANI",  
ANIMADVERSIONES CRITICAE. (1)

## III.

Si quaeramus, quo tempore « Disciplina ar  
cani » in Ecclesia fuerit inducta, nihil certi  
statui potest. Quidam ab ipsis Christi et Apo  
stolorum temporibus consuetudinem hanc repe  
tunt. Attamen apud omnes, qui sine partium  
studio res a Servatore nostro et Apostolis ge  
sta expendunt, constabit, neque a Christo, ne



Gherardi Don tabula mulierem referens artolaganos venditantem.

(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

suos artolaganos vendit. Canis ad eius pedes  
eximia forma et singulari arte effectus dormit.  
Utraque puella batavicam stirpem et originem  
vultu exprimunt: adeo flava utrique coma,  
pinguis et rosea facies. Quae numerat obolos  
grandior natu, quae iam dulcia gustat minor  
sororem intuetur acie oculorum suavissima.  
Arbor arida ex parte laeva concludit tabu  
lam: nullus unquam maiore veritate truncus  
videtur expressus! Specimen hoc est artis non  
vulgaris, qua Batavi in reddendis naturae ad  
spectibus peritissimi evasere.

LAELIUS.

que a primis sectatoribus Eius hanc discipli  
nam fuisse adhibitam. Nam ipse Dominus Iesus  
omnibus promiscue saeculae doctrinae capita ex  
pliuit. Afferri quidem possunt nonnulla loca  
Novi Testamenti, ex quibus putari potest, Chri  
stum quasdam disciplinae sacrae partes ocul  
tasse. Sic provocant quidam ad Math. XVI, v. 20,  
ubi praecipit Christus discipulis suis, « ut nemini  
dicerent quia ipse esset Iesus Christus ». Item  
ad Ioan. XVI, 12: « Adhuc multa habeo vobis  
dicere; sed non potestis portare modo ». Simi  
liter ad parabolam apud Lue. VIII, v. 10, et  
ap. Math. XIII, 11-15. Verum si singula ordine  
(1) Cfr. an. VI, n. IV.

et cum contextu expendamus, nihil aliud inde nisi hoc deducemus, Christum, pro divina animorum et ingeniorum cognitione, prudentiae legibus in docendo usum esse, atque moribus hominum se accomodasse. Suis enim discipulis iniunxit, ut quae Ipse obscurius dixisset, publice et eoram omnibus annuntiarent. Hinc Paulus (1) Ephesiorum coetu valedicturus, nihil se omisso testatur eorum, quae ad explicandam sanctissimae doctrinae naturam conferri possent. — Sed quid opus verbis? Certum est, — quae fuerit Christi et Apostolorum docendratio, quae Sacramentorum et disciplinae sacrae constitutio, — nihil autem in libris Novi Testamenti traditum vel praescriptum esse de hac disciplina arcana. Nemo non videt, aliunde hanc consuetudinem esse arecessendam.

Et quidem nonnulli ex *Caballa* Indaeorum haustam existimant. Notum est, magistros iudaicos, homines nugivendos, dicere, Deum Moysi in monte Sinai arcana quaedam et mysteria revelasse; ea per viros sanatos ad Indaeorum doctores fuisse delata, ac nonnisi iis, qui divinoris mentis sint, esse explicanda. Numquid autem hoc ad quaestionem nostram spectat? Christiani doctores, si excipias Origenem et sanctum Hieronymum, linguae hebraicae — qua haec arcana scripta putabantur — ignari erant. Contra ex antiquissimis scriptoribus patet, *caballam* recentiorem esse, ex pythagorico platoniceis nempe principiis repetitam; primos christianos cabalistarum nugas ignorasse.

(1) *Act.*, XX.

27]

### FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

#### CVI. — LEO, LUPUS ET VULPES.

*Longa aetate leo fractus podagraque, rigorem  
Arte redire sibi iusserset Hippocratis.  
Regem si moneas, fieri non posse quod optat,  
Surdus haud raro praeceps auriculis.  
Adrocat ecce leo medicos e gente ferina;  
Undique turba medens regia tecta subit.  
Vulpes una latet; latitantem principe coram,  
Strata petente, lupus seditione notat.  
Rex furit, atque ream iubet adduci, neque fumo  
Parci, si nolit linguires iussa carum.  
Arecessita venit; quae, sannis docta lupinis,  
Comperit, artificem criminis esse lupum.  
Tum: — « Vereor — dixit — ne me, rex, perfida lingua  
Absentem sceleris te penes arguerit.  
Ast ego solebam votum. Studioسا salutis  
Namque tuae, volvi visere templo deum.  
Paenios quoque doctores ubicumque rogari,  
Signa tuo morbo par medicina foret.  
Sic omnes dixerit: Calor te deficit unus;  
Deficit ob senium; tolle senile gelu.  
Vivo arelle lupo pellam, calidaque repente  
Ac fumante togā frigida membra fore.  
Ars iurenescendi non est praesentior ulla.  
En, rex, promptius adest grandior iste lupus.»  
Effeto placuit praesens medicina leoni;  
Rapti lupo pellis, secta fuitque caro.  
Illa leoninum calefecit, stragula, tergum;  
Haecque ministravit ferula ventriculo.  
Aulice, parce tuos consortes perdere; regem  
Dum colis, in socios ne mala verba seras.*

Restat ut dicamus, disciplinam hanc ex ethniconum saeculis, ac philosophorum decretis petitam esse. Historia docet, aetate Christi et Apostolorum, maxime vero proxime sequentibus saeculis philosophiam pythagorico-platonicam a Christianis, Iudeis et ethnici exultam esse. Conferamus nunc quaedam instituta philosophorum. Dividebant hi universam doctrinam suam in duas partes: priorem vocabant *τελετήν*, alteram *τερατήν*; prior mentem purgare, posterior perficere dicebatur. Ipse Pythagoras discipulos suos dispescerbat in « exotericos », veluti extraneos, nondum in secreta philosophiae dogmata admissos, et « esotericos », veluti interiores participes secreti omnis. Discipulos Pythagoras, antequam tempus admissionis effluxerat, variis ac durissimis exercitationibus explorare solebat, qui non solum siti et inedia, sed etiam igne ferroque patientiam suam exercere cogebantur (1). Sublimium rerum occultatio Pythagorae etiam et discipulis erat familiaris. « Cum externis, ut sic dicam profanis, si quandoque usus ferret congregendum esse, nequaquam mysteria sua enuntiabant, sed per symbola et arcana tesseras obscure latenterque sibi mutuo sensa mentis veluti aenigmatibus significabant » (2). Unde Porphyrius de vita Pythagorae scribens, cum quaesivisset, quare philosophia periisset italica, respondet statim: « primum quidem quod aenigmatibus esset involuta, deinde quod omnia

(1) Cfr. IAMBILYC., *De vita Pythagorae*, I, I, c. XVI.

(2) Loc. cit., c. XXXII.

*Merces parva bonis reddi consuerit in aula  
Officiis; atrox redditur usque malis.  
In te poena sequax recidet, detractor inique;  
Iras viraces aula trucesque parit.*

#### CVII. — VIS FABULARUM.

*Maximus orator (1) quondam florebat Athenis,  
Mens ubi plebis erat turbine mobilior.  
Is patriae metuens, quam perdere subdolus hostis  
Tentabat, cives fervidus alloquitur.  
Ore potens, sibi quod dederat Suadela rotundum,  
Ille leves animos fortia velle iubet.  
At frustra caecis monstrat commune periculum;  
Aurem dicenti pandere turba negat.  
Elicit orator, motu vehementi, figuris,  
Pectora queis valeant torpidiora quat.  
Erocat e tumulis umbras, tonat, increpat, urget;  
Afficit nemo; dissipat aura sonos.  
Firula plebs oculos alio convertit et aures;  
Speciat bella, cohors quae puerilis agit.  
Tum catus orator, rationum pondere missus:  
— « Rem — dixit — lepidam nunc memorare placet.  
Alma Ceres, comitante anguilla et hirundine, quondam,  
Laetus ut segetes riseret, egit iter.  
Effusus per agros, fluvius remoratur euntem.  
Non remoratur avem: transvolat illa vadum.  
Traicit et facili lymphas anguilla natatu...»  
— « At dea quid fecit? » — turba repente rogat.  
— « Quid fecit? Subita robis succensus ira,  
Tobis, queis virtus nulla virilis inest.  
Quid? Nil te, Cereris populum, moret atra procella,  
Quae tibi, quae Graecis inferet exitium?  
Ludos mitte: roga, quid volvat mente Philippus.»  
His cita plebs dictis, erigilavit iners.  
Praestitit hoc fabella brevis, leve vulgus ut una  
Nugis abstraheret, dederet officiis.  
Ludere, lector, amas, quamquam non ortus Athenis;  
Sic egomet morum ludere censor amo,*

(1) Id est Demosthenes.

eorum scripta dorice essent scripta; nam eum ipsa dialectus quid obsecuritatis habeat (qua data opera utebantur), hanc ob causam nee dogmata ea dialecto consignata poterant intelligi.

Sed non ex praeceps dumtaxat philosophiae, sed ex ritibus passim apud gentiles receptis multa ad constituendam arcani disciplinam petita fuisse apparebit. Habebant Graeci plurima saera ut Matris deum, Bacchi, Mathrae, Isidis etc., quae vocabantur « mysteria ». Antequam in adyta templorum admirerentur, luxatio per aquam in usu fuit. Peragebantur haec initia adhibitis quibusdam symbolis et mysticis vocibus. Nihil iam dicam de certis initiationis ritibus, abstinentia a venere, cibo, lotionibus comae et vestium compositione. Commemorabile est quod, qui ad mysteria percipienda admitti valebant, graviorum peccatorum confessionem prius edere tenebantur, prouti testatur Plutarchus in *Laconicis* dicens: « cum aliquis mystagogus laconem iniatiaret, interrogavit eum, cuius facinoris maxime impii sibi conscient esset ». Gravioribus sceleribus contaminatis aditus ad illa mysteria fuit ocelus, quod coniici debet ex ista veteri formula: « Procul hinc, procul ite profani ». Hinc teste Suetonio (1) Nero post occisam matrem Eleusiniis saeculis interesse ausus non est. Ministros porro saecorum diligentissime non solum eavisse, ne horum saecorum arcana innotescerent, sed etiam gravissimis poenis transgressores

(1) C. XXXIV.

*Naenia trita mihi cantetur Pellis Aselli;  
Cantatam cupidā protinus aure bibam.  
Orbem consenuisse ferunt; senior tamen orbis  
Nugari, pueri more decennis, avert.*

#### CVIII. — MULIERES ET ARCANUM.

*Est onus arcano gravior, me iudice, nullum;  
Illud ferre diu femina nulla valet;  
Nec valet (expertus dico) pars magna virorum,  
Queis, barbam nactis, mens muliebris inest.  
Vir quidam tentare volens, uxore sileret:  
— « Uxor, io! — noctu clamitat — affer opem;  
Affer opem, crueior, disrumpor... At herele quid edo?  
Ovum? » — « Tunc ovum? » — « Sic habet (1), ipsa vide.  
Ecce recens tepidumque; cave, ne dixeris ulli,  
Gallinam ne me publica fama vocet.»  
Iurat, rem credens, aeterna silentia coniux;  
At iurata fugit, noctis ut umbra, fides.  
Surgit ad auroram mulier, festinaque notam,  
Quam retinebat adhuc culcitra, risit unum:  
— « Mater — ait — quiddam peregrinum contigit; at tu,  
Ne plectar baculo, rem tacitura preme.  
Ovum vir peperit meus, ovum grande; sed uni,  
Quantum memet amas, haec tibi dicta volo.»  
— « I secura — reponit anus — dabit ante sepulchrum  
Defunctos, retum quam mea labra sonum.»  
Dum redit oripari coniux ad tecta mariti,  
Os prurit vultus pandere prodigium.  
Desiliens lecto, bissexus querit amicas,  
Ova quibus narrat parta fuisse tria.  
Hae referunt aliis portentum matribus; ex his  
Ovum quaque novum marte suopie creat,  
Salva lege tamen secreti: cautio vana:  
Cooperat arcano iam resonare forum.  
Ovare fama loquax ita multiplicavit, ut ultra  
Centum post medium sint numerata diem.  
(1) Sic habet, pro Sie se habet:  
... Magnum narras, vis credibile: atqui  
Sic habet. Accendis... (Hor. I Sat., 9.)  
(Ad proximum numerum).*

multasse, ex mu quae brevitatis

Haec omnia areani usurpati bit, illos ritus disciplina, sed a ethniorum saec

Iamque ration ad « disciplinam stituendam, audi simum videntur, nondum initiati si adhibitorum, mystenderentur; altera erga haec in tertia, ut mysteria in catechumenis

Concedimus, do lius ingenium mor tes, fortasse prud Sed singulas rati leges et sine part

« Ne pagani et tunum offenderentur.

At ritum simp potuit offendere; q publica christianor cere debebat. Prima

(1) Cfr. Livius, I, XX

1]

### SELECTA EX BI

#### DE RECTA PRONUN

**A**DOLESCENS in I derium mihi res eas docti. Inflammab magni apud me omni Inter quos M. Anton virum in quo non etiam et lepos multu admirationem sui rap erga omnes tam pro aut lingua eius cuique cerebra ad illum itio etu aliquo et velut bam ex foecundo illo colo statim sub initia illum viserem, tunc patronus eius Hippol ac splendidus, domum et crepidine ipsa coll tis, laxam aedificiis, cetero omni elegantiis cum pleraque familia

(1) Quaestio tanto eu commentario agitata imputum ederemus. De eius habito, qui XVI p. C. sa hariter dicemus.

(2) M. Antonius Mur rarum cultor in oppido an. MDXXVI ortum dux passus, Italiani petit, u atque honorifice exceptus sis. Quinquaginta anno domicilium constitut, MDLXXXV, cum vita fu

scripta; nam cum  
atis habeat (qua  
e ob causam nec  
nata poterant in  
axat philosophiae,  
gentiles receptis  
ni disciplinam pe  
nt Graeci plurima  
hi, Mathrae, Isi  
mysteria ». Ante  
admitterentur, lu  
nit. Peragebantur  
dam symbolis et  
dicam de certis  
a a venere, eibo,  
m compositione.  
qui ad mysteria  
, graviorum pec  
edere tenebantur,  
in Laconicis di  
gus laconem ini  
facinoris maxime  
gravioribus scele  
illa mysteria fuit  
ex ista veteri for  
e profani ». Hinc  
occisam matrem  
sus non est. Mi  
ssime non solum  
arcana innotescen  
nis transgressores

multasse, ex multis veterum locis constat (1) quae brevitatis gratia omittimus.

Haec omnia si quis cum ritibus in doctrina arcani usurpati diligentius contulerit, coniectabit, illos ritus non a Christi et Apostolorum disciplina, sed a philosophorum praeceptis et ethnieorum sacris esse petitos.

#### IV.

Iamque rationes, quibus innixi sunt veteres ad « disciplinam arcani » condendam atque constituendam, audiamus. Tres autem esse potissimum videntur, quarum prima, ne pagani et nondum initiati simplicitate rituum a Christianis adhibitorum, mysteriorum contra sublimitate offendarentur; altera, ut in animis hominum reverentia erga haec mysteria religionis excitaretur; tertia, ut mysteria illa cognoscendi desiderium in catechumenis tanto magis acuerent.

Concedimus, doctores et magistros veteres, melius ingenium moresque auditorum suorum scientes, fortasse prudenter hoc se facere putasse. Sed singulas rationes ad rectas ratiocinandi leges et sine partium studio expendere iuvat.

« Ne pagani et catechumeni simplicitate rituum offenderentur » – haec gravis causa ponebatur.

At rituum simplicitas animos sapientum non potuit offendere; quin potius nihil magis eos ad publica christianorum sacra amplectenda inducere debebat. Prima enim et praecipua pars san

(1) Cfr. LIVIUS, I. XXXI.

etissimae religionis nostrae constat mentis ad Deum conversione, virtutum divinarum aestimatione, officiorum a recta ratione praeceptorum praestatione, non rituum apparatu multiplici et vario. Probe scimus, hominem a visibilibus ad invisibilia trahi. Quid autem habet v. g. baptismus vel sancta Cena, quod homines offendere possit? Ethnici praeterea et catechumeni non erant infantes, quos crenulatio et pupulae delectarent, sed viri ratione pollentes. Facile igitur, si serio animum ad religionis christiana professionem adiunxissent, edoceri poterant, quis esset finis, quae natura rituum in sacris adhibitorum.

– At sublimitas mysteriorum – inquiet veterum inepti admiratores – eos absterrere debuit, quominus perspicuo de hoc argumento loquerentur. – Si existimarent mysteria illa omnem rationem superare, caute et circumspecte loqui debuissent non tantum in institutionibus et sermonibus ad populum habitis, sed etiam in scriptis publicis. Quid vero? In publicis disputationibus primis saeculis, e. g. de aeterna Filii generatione, eius natura et ratione diu multumque disseruerunt doctores, atque intelligendi saepe effecerunt, ut nihil intelligas. Utinam numquam quae ignorarunt explicare tentavissent!... Porro aliud est prudenter et circumscripte loqui, aliud prorsus silere; aliud fateri, nos naturam alienius rei rite cognoscere non posse, aliud data opera rem sua natura captu difficilem obscuris vocibus exprimere. Qui religioni christiana nomen dare volebant aut erant viri prudentes et

praeceptorum illius gnari, aut illiterati prorsus atque rudes eorum, quae inter Christianos docebantur. Quod priores attinet, dubium non est, quin edoceri potuerint, nihil in sacris christianorum ritibus atque decretis esse, quod ab homine sapiente admitti non posset. Demonstrata divina origine religionis, facile erat ostendere, cui Servator noster memoriam vitae et mortis suae certis symbolis representari voluerit ad amorem et gratum animum in sectatoribus suis promovendum. Rudes autem et disciplinae sacrae expertes, hi edocendi sine dubio erant publice et privatim prima religionis elementa, atque sensim sensimque ad altiora erat progrediendum, quod quidem obscuritas verborum, exclusio a sacris, quae non viderant, efficer certe non poterant.

Nec maioris esse ponderis alia ratio videtur, id est ut reverentiam erga mysteria religionis excitarent. Quare? Sana quidem ratio dictat, eum alicuius rei veneratione affici posse, qui illius naturam atque singularem praestantiam cognitam perspectamque habeat. Numquid protest in animis admirationem excitare, qui non solum rem cognoscendam profundo involvit silentio, sed etiam talibus utitur vocibus, quae notitiam rerum gravissimarum impedianter? – Sed ob sublimitatem mysteriorum – aiunt – nihil de mysteriis coram initiatis loquimur; quippe hoc ipsum silentium venerationem et admirationem in animis horum excitare debet. – Mira haec et insolita agendi ratio. Plane hic imitantur doctores christiani ethnici, apud quos, teste Demetrio,

#### 1]

#### SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS

##### DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGuae DIALOGUS (1).

###### I.

**A**DOLESCENS in Italiam eum venissem, acre desiderium mihi res antiquas noscendi, et viros, quae eas docti. Inflammabar cupidine doctrinae veteris, et magni apud me omnes illi, qui in ea essent magni. Inter quos M. Antonius Muretum (2) iure censebam, virum in quo non eruditio solum varia, sed comitas etiam et lepos multus. Atque ut illa nos exteros in admiratione sui rapiebat, ita ista in amore, cum erga omnes tam prompta ei humanitas, ut raro domus aut lingua eius euiquam essent clausa. Itaque et mihi crebra ad illum itio; nec facile redditio, nisi cum fructu aliquo et velut doctrinae spacio, quod colligebam ex foecundo illo agro. Quod accidisse mihi recolo statim sub initia, cum pereger adhuc et novus illum viserem, tunc aestivantem in Quirinali; nam patronus eius Hippolytus Estensis, vir nobilis iuxta ac splendidus, domum ibi alteram habebat in despectu et crepidine ipsa collis, salubrem aere, amoenum hortis, laxam aedificiis, adornatam picturis, statuis, et cetero omni elegantiarum cultu, eoque se conferre cum pleraque familia solitus sub aestivos dies. Ibi

(1) Quaestio tanto cum studio ac sollicitudine in nostro commentario agitata impulit ut dialogum hunc parum cognitum ederemus. De eius auctore, inter principes doctorum habito, qui XVI p. C. saeculo vixerunt, proxime atque peculiariter dicemus.

(2) M. Antonius Muretus clarissimus humaniorum litterarum cultor in oppido unde nomen sumpsit apud Limoges an. MDXXVI ortum duxit. Columnas et invidas in patria passus, Italianum petit, ubi summae doctrinae gratia benigne atque honorifice exceptus est. Moeccenas eius Hippolytus Estensis. Quinquaginta annos natus sacerdotium inquit, Romae domiciliu constitut, litterasque docuit usque ad annum MDLXXXV, cum vita functus est.

igitur cum [asset] Muretus, perrexerit et condescendi ad eum satis mane; aestum enim vitabam, qui, ut mense Iulio, in iis locis grandis. Atque cubiculum eius cum pulsasse, dictum mihi est a puero eum in hortis esse. Quos iniens, video eum molliter sane ac lente inambulanter cum libello. Salutavi. Atque illo nec audienter, ut videbatur, nec respondente (in lectione enim totus erat), ego iterum:

– « Vacasne Murete? An intempestivus advenio?

Die, sodes, et abeo ». Iamque avertetam. Sed ille quasi excitatus, blandiori ad me voce et accusu: – « Tun? Lipsi, es? – inquit. – Ignosce. Dum unum te video, te non video. Quidni enim videre te dicam et tenere in hoc libello, in quo imago ingenii tui tam expressa? Nostin' hunc? » Et simul *Varias* meas (1) proprius admovit, quas Antuerpiae recente erat nactus. – « Avide et calide legebam; nec, ita me deus amet, expliebar. Et o pulchrum pulchri ingenii tui fetum! Vulpecula tamen hominis, cur me celasti? »

Erubueram ego ad laudationem eius et ad libri conspectum; et: – « Itane properiter – inquam – ad te hae nugae? Quae quidem delatae in tam cultas istas oras, audaci nimis et infelici pena, placituras eas aliis qui sperem? Odi ego pater. Et verbo dicam, periisse vellem; adeo non laetor peperisse. At quod te celaverim, ne culpa. Per absentiam enim meam editae; et ne nunc quidem in manu mihi exemplar. Ceterum non ista, Murete, ne nescias, vobis Italis et togatis scripta, sed braccatis meis et pellitatis. Itaque, nec si habeam, prodam ». II.

Ille subridens: – « Hem! – inquit – tamne inclemens in novam istam prolem? Quam tamen deprimitis et abiectis frustra. Tollam enim ego et velut Levana ero tenello huic facto. Quid autem meruit libellus teritus, lepidus, et in quo ingenii iudicique tui praeclarae nota? »

Ego excipiens: – « Certe – inquam – notae; sed ingenii ac iudicii iuvenantis. Quam vaga et vana ple-

(1) Lipsii opus, cui titulus: *Variarum lectionum libri tres.*

raque illa scriptio! Censurae quam leves, futilis et saepe fallae! Repeto iterum: pudet et piget genuisse; sperno allevare aut educare. Tantum nunc ad iudicium vel annus unus addidit, vel caelum hoc Italiae vestrae ».

Muretus iam severior: – « Parce, parce – inquit –; in affectata ista severitate peccas. Nam ut libere, et ut mos meus, dicam: Non ego librum tuum usquequaque a culpis praestem (video alibi in stilo iuvenile; in censuris calidius iudicium); sed tamen nec vinum vinum esse desinit, si aquae in eo aliqua pars, nec liber tuus adprobis, si labeculae interspersae aut errores. Utique in critico isto genere. Quod quis percurrit sine lapsu ac relapsu? Non Varrones illi aut Aelii olim, non Scaligeri hodie aut Turnebi. Itaque fide, Lipsi, et perge in hac via. Quam si firmiori paulo pede (actas hoc dabit) insistis, prefecto Musa tibi erit, ut cum Pindaro dicam, ἐπέργαστος διξεν, benigne nimis et honeste, inquam, sed tu mone, queso, sieubi aberrem, ac dirige; obnoxium reperies et parentem. Ut enim viti pedamentis quibusdam ac ridicis opus est, ne iaceat, sic iuventuti monitis, ne cadat. Fiet hoc quoque ait ille; nec minus monere amicum ego promptus, quam laudare.

###### II.

Sed ne plura de te, apud te: ecce cum maxime intrabas, Lipsi, avidus lector ego in sermone tuo convivali, qui de effatu priso est latinae linguae. Avidus, sed non satur; quia parceret convivis tuis sugeris, nec imples non cupita illa dape. Diu iam ipse quaero, quae vetus illa et vera pronunciatio; sed adhuc eo fructu, ut quaerens assidue, magis quaeram. Iram aut finem repperi nondum. Tu autem quid? Inicis quaedam et obiectis, sed ad extremum nihil decernis aut statuis; et cum nodos aliquot bene nexuisti, pendulum et iudicium incertum relinquis lectorem. Ut apis inieeto et relieto aculeo fugit, ita tu ».

(Ad proximum numerum).

JUSTUS LIPSIUS.

« mysteria allegoriis exprimuntur ad terrorem et horrorem tamquam in adyto et nocte », et indee Tacito (1) « omne ignotum pro magnifico est ». Certe non ita sapientissimus omnium, Christus, non ita Apostoli ratiocinabantur, qui septe, clare, sed modeste ac prudenter de rebus hisce gravissimis locuti sunt. Sequitur ultima ratio, — ut mysteria haec tanto ardentius a catechumenis concupiscantur, quanto iis honorabilius occultentur. — Sed et haec ratio contraria est principio ab omnibus recepto: « ignoti nulla cupido ». Appetitus et desiderium rei notitiam consequitur. Quis animum discendae alicui arti vel disciplinae adiunget, quam prorsus ignoret? Nec etiam videtur fieri potuisse, ut homo a religionis christiana professione alienus singulare desiderio cognoscendae veritatis tangeretur, si doctores ipsi pedibus manibusque obnisi essent, quominus indolem et naturam tantarum rerum profani assequerentur. Aliud est, si de lapsis sermo sit, qui ob gravissima peccata indigni habiti sunt, quibus sanctissima doctrina turpiter neglecta clarius ingereretur.

Hae sunt praecipue rationes, quas veteres adduxerunt ad disciplinam illam arcani commendandam. Urum vobis, lectores, graves et ponderosae videantur, ego quidem nescio; mihi — ut libere dicam quod sentio — minime probabantur: imo tantorum virorum personis fere indignae videntur.

Plura adhuc sunt, quae disciplinae illi opponi possunt. Fieri enī haec ratione aliter non potuit, quam ut pauci veram aliquam atque genuinam sacramentorum indolem perceperint. Cum enim v. g. de Baptismo et Cena loquuntur veteres, iis utuntur vocibus, quibus non possit non maiorem vim tribuere symbolis, quam ipsa rei veritas et natura admittit. Allegoria illa et obscura effata, quibus utebantur magistri, portentosum illud e. g. *transubstantiationis* dogma in religionis christiana opprobrium apud infideles peperisse; unde calumniae istae de infanticiis et aliae christianismi hostium cavillationes.

(Ad proximum numerum).

STANISLAUS FIGIELSKI.

### SOCIORUM ANIMADVERSIONES.

#### Quaestio naturalis.

In iis, quae in n<sup>o</sup> II, an. VI, P. Alexis de serpentibus scripsit, legimus et haec: « Narrabatque dominus id est possessor « bestiarum » peregrini unum ex hisce (crotalis)... exsiluisse et stragem veneno immedicabilem facturum fuisse, ni prudens custos quotidie veneno dentes execrabilis privasset ».

Veniam det nobis cl. v. P. Alexis mirantibus, quod mendacium domini illius ineptias narrantis non castigaverit; certe enim scimus nullo modo fieri posse, ut viperarum dentes quotidie veneno priventur, quippe qui intrinsecus cavi et radice sua glandulis salivalibus iisque venenosis adhaerentes semper virus velut per canales aut fistulas morsu emittere et in vulnus inficer possint.

Una igitur ratio viperas veneno privandi est dentes hos, qui bini sunt, evellere neque recrescere, quod spatio diurniore intermisso fieri potest, sinere.

Varsavia Polonorum.

JOSEPHUS WABNER.

(1) *Agricola*, c. XXX

### ANNALES.

Anglorum regis iter in Galliam - Macedonum res - Bellum in Mauritania et apud Somalos - Romana solemnia.

Qui modo audivit Eduardum VII Anglorum Imperatorem iter in Gallos una cum regali uxore brevi suscepturum laetus certe est quod aemulatio vetustissima inter populos qui Britannicum mare utrinque attingunt tandem aliquando componatur. Lutetiae Parisiorum Loubet praeses antequam ad punicum litus visitatus patriae colonos discedat, ipse regibus occurret, nec est dubium quin Gallici cives, qui tanto plausu Russorum Caesarem exceperunt, minore in Anglorum utantur.

\*

In hoc tamen pacifico adventu, quid erit apud Macedones? Ibi enim magis in dies belli causa crescit. Conferuntur ubique arma; per silvas atque per aspera montium inga Thessalicae, vel Macedonicae, vel Bulgariae turmae aut manipuli clam convenient, abdito consilio coalesceunt, oppida Turcarum inopinato ocurrus aggrediuntur, depopulantur. Aguntur Byzantii per quam crebra, uti in superiore numero dictum est, negotia de immutando deque leniendo regimine Christianorum, qui per Macedonum oras incolunt. Ipse Imperator discrimine novo commotus multa spopondit in eorum utilitatem se innovaturum; attamen infidis sponsonibus, quas iam, non semel, nulla servavit lex, parum credunt Macedones, arbitrantes in manibus potius et armis suis quam in regis verbis tutiorem esse sibi vim. Bulgari nihil minus salutari quadam metu hinc ab Austrorum, inde a Russorum monumentis pereulsi, a fovenda seditione recedere videntur. Gratias de re non paueas Graeci praesertim Russis Austrisque referent, eoque magis quod graviter sibi sit verendum ne hodierna omnis seditio in Bulgarorum utilitatem cedat, cum contra plerique Macedonum Graeco sanguine nati a patria sua libertatem exspectent. At contra tenuis nimis Graeca res ac recens bellum infante actum eos impedit quominus ad bellica consilia modo acedant, etsi eos inter militum tribuni non defuerint, qui commovere vulgus in Tureas, inani quamvis voce, conarentur.

\*

Interea dum ex Mauritania ancipites quotidie nuncii obveniunt, nova in Afria maturant bella, in Somalos, quos Angli hinc ex Aegypti finibus, inde ex maris litore immissis exercitibus aggrediuntur. Proelio nondum est decertatum, at sapienti prudentique itinere iam factum affirmant ut falsus ille propheta ab anglicis cohortibus sit circumdatus, neque eos effugere possit. Brevi itaque res ad exitum perducetur, id praesertim si evenerit, quod recens dixerunt, ipsum dueum Anglorum strenuissimum Kitchenerium ad novas colligendos lauros iam ad Somalum terras properare.

\*

Leonem XIII Pontificem, V Non. Martias quintum a suscepto sacro principatu lustrum implentem et ad Petri sepulcrum orantem una cum maxima Christifidelium multitudine undi-

que ex orbe ad eum conversa non sine gaudii lacrimis Quirites salutavimus. Rem non persequar: unum vix dicam, neminem, qui viderit, tantum spectaculum oblitorum!...

POPULICOLA.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Americana nordica republica de foedere cum Columbiana civitate recens ieto, ut fovea Panamensis, sive fretum, resecetur, coram Senatu est disceptatum: pariterque rata pactio mutua quam cum Cubano populo post ultimum bellum Americani composuere. Denique de novis bellicis navigiis construendis lata lex.

In Anglia coram populi legatiis Balfour administrō referente, de eligendis viris actum, qui coetu perpetuo curent imperii incolument, quique praesertim res bellicas totius imperii terra marique fovent et, pro necessitate, angeant. De navibus pariter ad tuenda patriae litora ponendis deliberatum.

In Germania de catholica studiorum facultate, quam recens in Strasburgensi athenaeo imperator constituit, habita disceptatio; ad rem Hertling orator fuit dixit de opportunitate et aequitate concessionis; quae omnia sunt suffragio probata.

In Italia de agro ad Romanum colendo agitata lex nunc de innovanda iudiciorum forma agitur.

SCRIBA.

### AENIGMATA

I.

Exitium cunetis triplex me syllaba format:  
Prima negat, firmat media, expes ultima  
[quaerit.]

II.

Prima hortantes, fingentes media utimur omnes,  
Paucis donatur tertia, grata licet.  
Est totum fide vir praestans, atque inclitus armis,  
Quem plures inter Graecia prisea tulit.

S. RAINBEITZ.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserit intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Aenigmata an. VI, n. II proposita his respondent:

1) Pruna, Pruina; 2) Semel-e.

Ea rite soluta miserunt:  
Th. Vignas Sch. Piar.; Ioan. Bapt. Pesenti, Roma — G. Maurer, Bonae Ubiorum — Cam. Straschill O. F. M., Villaco. — Ios. Waver C. SS. R., Limburgo. — Ful. Sernatinger, Dreda. — Civis Romanus, Limbach. — Aem. Gschwind Sch. Piar., Praga. — Collegium Scholarum Piarum Stellae. — Rich. Malotta S. I., Brozov. — Prince Gordon, Mancunio. — Guil. Schenz, Ratisbona. — Ioan. Cantono Ceva, marchio, Vercellis. — V. Herthel, Mendhusio. — Ad. Huza, Gryborvia. — C. Strachey, Londino. — Ios. Grass, Novesio. — Aug. Roberger, Chicotino. — Ad. Skrypkowski, Scinice. — St. Lwinowski, Niemytoic. — Am. Robert, Marieville. — Ant. Alilaria, Augusta Taurin. — D. Le Provost, Briocen. — I. I. Dunne, Dublino. — Dom. Farese, Neapoli. — Bon. Hansen O. S. B., Torah. — Alex. P. Gest, Lambertville. — Arn. Rudzianski, Simpheropol. — P. Garrone, Peszana ad Vercellas. — Alois. Cappelli, Senis. — Ant. Lassota, Sutrio. — I. Wiethelm, Battie. — I. Bertran, Figueris.

Sortitus est praemium

AEMLIUS GSCHWIND,

ad quem missum est MINUCII FELICIS opus, quod inscribitur:

OCTAVIUS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Paesi Phil. Cuggiani.

versa non sine gaudi  
mus. Rem non perse-  
nem, qui viderit,  
turum!...

POPLICOLA.

RBEM COETUS  
ERENDIS.

republica de foedere  
te recens icto, ut fovea  
secetur, coram Senatu est  
pactio mutua quam cum  
bellum Americani com-  
municis navigiis construen-

legatiis Balfour admi-  
actum, qui coetu  
em, quique pree-  
erra marique fo-  
e navibus pariter  
leliberatum.  
liorum facultate,  
o imperator con-  
Hertling orator  
ate concessionis;

endo agitata lex  
ia agitur.  
SCRIBA.

IATA

me syllaba format:  
edia, expes ultima  
[quaerit.]

s media utimur omnes,  
grata licet.  
s, atque inclitus armis,  
ecia prisa tuit.

S. RAINBEITZ.  
ue aenigmatis inter-  
ntarii moderatorem  
ses, unus, sortitus,  
ANGELINI opus,

ATINNITATE.

posita his respondent:  
2) Semel-e.

Pesenti, Roma — G. Mau-  
caschill O. F. M., *Vitae*.  
— Iul. Sernatinger, *Dre-  
larum Piarum Stellae*.  
— Aem. Gschwind Sch-  
ulz, *Cantus Cœli*.  
— Princ. Gordon, *Mancunio*.  
— Ad. Huza, *Gryboria*.  
— Aug. Ro-  
owski, *Scinice*. — St. La-  
t. *Marieville*. — Ant. Al-  
Provost, *Briocen*. — I. I.  
Neapoli. — Bon. Hansen  
Lambertville. — Arn. Rud-  
ne, *Pezzana ad Vercellas*.  
— Lassota, *Sutrio*. — L. Wi-  
eriis.

WIND,  
ELICIS opus, quod inscri-  
S.  
CIAMPI, iurisperitus.  
is Phil. Cuggiani.

## LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro  
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpre-  
tatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae  
*Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-  
vadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima  
edidit cura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit  
L. 0.50, in pauperum levamen.

## FIDES, QUOD MUSICUM ORGANUM STRADIVARIUS

Cremonensium artifex celeberrimus confecit,  
Romae veneunt.

Negotium agitur apud *Vocis Urbis* administra-  
torem Romae, via Alessandrina, 87.

### VARIA

Telegraphi usus ad currus a navibus.

Probe scitis, lectores, minimo temporis im-  
pendio nunc supremos navium duces, sive bel-  
liciae loricataeque illae sint, sive onerariae,  
sive ad vehendos peregrinos constitutae, ele-  
ctride uti, ac telegrapho iussa navitis dare.  
Eodem artificio curru domini, vel curru de-  
vecti, dicamus pro tempore dominos, iussa  
nunc sua aurigis tradunt, quin clament, quin  
vociferent, quin caput, immo et pectus a  
claustro foras producent. Ante automedonta  
quaedam tabella est, in qua verba opportuna  
sunt scripta: « Procede » — Consiste — « Dex-  
trorum » — « Sinistrorum » — « Recto » — « Pedet-  
tentim » — Accelerat, — et siqua similia. Compar-  
est in curru. Index in utraque. Qui intus est  
indicem deflectit in vocem, quae suae volun-  
tati respondeat. Auriga præ oculis habet quid  
dominus iubeat. Optime de docili electride; at  
si telegraphus eo dicitur quia e longe describit,  
hoc enim fert graeca vox, quomodo hic voca-  
bitur qui cominus, qui prope describit? Ve-  
strum opus, Aurigae.

Ovorum quindecim millia et ducenta!  
Quantus coquo sudor!... Ne putetis quidem.  
Philippus Crowley, Anglus, Londinensi Museo  
moriens testamento reliquit seriem hanc ovo-  
rum singularem, quam ipse, congregatis ex omni  
avium specie duobus vel tribus tantummodo,  
non exiguis expensis, peregrinationibus, solli-  
cititudinibus, et etiam periculis cumulaverat et  
idonea per armaria distribuerat, materno sin-  
gula nomine notaverat, locaque, unde abstulerat,  
vel ubi repererat, adscriperat. Huiusmodi *British Museum* magno numero habebat,  
sed hoc superaddito munere celeberrimum fit  
ita, ut nemo aequet. In illa Crowleyensi col-

## FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

## URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

  
IBER (vulgo "ALBUM")  
praincipia Urbis referens, pulcri-  
tudine insignis atque, commen-  
tarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse  
conflatus, apud eundem commentarii ad-  
ministratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,  
ven. lib. 1.50.

●  
Ioci.

Urbs quaedam ingentes parabat aedes, in  
quibus litigantibus ius redderetur. Peregrinus  
pertransiens, miratus molem, quae sivit cuius-  
nam Princeps esset sumptuosum tale aedi-  
ficium. — Palatium Iustitiae est, — civis percon-  
tanti respondit. — Ah! timeo, — inquit —, ne te,  
meque fallas; magnae enim opes, magna latro-  
cinia. Proverbium vetus.

P. d. V.

### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Prof. Dott. TITO TROCCHI. *Nozioni di ret-  
torica speciale per la quinta classe del Gin-  
asio*. Parte prima. Preliminari e Poesia. —  
Prati, ex off. Giachetti, Fil. et S., 1902.

MICHAELIS FUSCO, *Philosophiae ac Sacrae  
Theologiae Doctoris, Pont. Instituti Leoniani  
diplomate in litteris latinis ornati Sacrum Po-  
diplomaticum*. — Casertae, ex off. typographica Ame-  
dei Natale, 1903.

FILIPPO ERMINI. Il "Dies irae", e l'inno-  
logia ascetica del secolo decimoterzo. Studi  
sulla letteratura latina del Medio Evo. —  
Roma, ex off. vulgo *Unione Cooperativa Edi-  
trice*, 1903.

A. G. MALIANDI. *Fragmenta*. — Neapoli,  
ex off. Francisci Velardi, 1903.

IOANNIS STROPPA Presbyteri *Inscriptiones  
de Ieremiae Bonomelli Cremonensium Pon-  
tificis rebus gestis*. — Cremonae, sumptibus  
Henrici Maffezzoni.

I. B. FRANCESIA Sac. Ad Golgotam. Sacra  
actio dramatica versibus senaris conscripta.  
— Mediolani, ex off. Salesiana, 1903.

Al P. Angelo Secchi nel XXV dalla morte  
il Comitato Romano. — Romae edid. Desclée,  
Lefebvre et Soc., MDCCCCIII.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARI "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui premium uti supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

eligit insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diritorio Reipublicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*